



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

20. Vt veneratos deserti serpentes, ita monstra infernalia abigit, solo
digito forma Crucis expressa.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

52 CHRISTVS CRVCFIXVS

in columnâ stetit, vt peccatum expia-
ret. *a.* Absoluta tot annorum in tam du-
ra pœnitentia periodo, Angelum iterũ
vidit, tandemque è Columnâ, tanquam
è CRUCE, vt veius CRVCFIXI AMATOR,
ad cœlestia regna migravit.

a. Ex Patrico Græcorum MS. propè ad
verbum reddidit Matthæus Raderus
par. 3. Viridarij SS. cap. 14. de Stylitis.

X.

AMATOR CRVCFIXI

vt venenatos deserti serpentes, ita monstra
infernalia abigit solo digito formâ
Crucis expressâ.

20.

Religiosi.

Inclusi.

Reclusi.

Clausi.

Clausula.

Inclusi-
va.

FUIT olim genus hominum Religio-
forum omni virtutum genere excel-
lentium, qui dicebantur INCLUSI, vel
RECLUSI, vel CLAUSI, aut in medijs vi-
bibus, aut extra vrbes, in turribus, spe-
læis, casis, conditorijs, sepulcheris, alijs-
que locis abditis, quæ clausulæ dicebã-
tur, vel inclusoria, vitam agerent remo-
tam à turbis, sepulti penè antequam
mortui, mortui tamen mundo & volu-
ptatibus, degentes perpetuò in vmbra
mortis, vt mortem semper haberent
præsentem, quam discebant nunquam
metue-

metuere, quia nunquam non illi fami-
liares.

INTER hos celebris fuit MARCIANVS
CYRENSIS, qui splendore generis, quod MAR-
illustre illi fuit, & regium, neglecto, ad CIANVS
intima deserti properauit, vbi rectum CYREN-
condidit tam humile & pressum, vt v-
nicum illius, nec ipsum totum stantis sis.
corpus caperet, in quod se tamen, velut
in caueam, compegit. tunicam indutus,
quam tristis pilorum horror asperarat.
modus cibi in diem tres erant vnciae
panis, cum modico aquae humore ad vi-
tam tolerandam.

Progreſſu temporis duos admittit in Discipuli
disciplinam sectatores, qui sibi propter eius.
num modicas calas posuerunt. Marcia-
nus semper clausus cereum ac lumem
nullum admittit, quod illi sub noctem
caeleste sidus affulgeret, quo litterarum
characteres perscrutaretur. quantum praeter
Davidis odoria, & Psalmos haberet
nihil.

EVIT cum e proxima solitudine in- Serpens
mens Serpens immineret, qui exitium imminet,
omnibus minitabatur: atque discipuli
quidem ipsius terribi exanimati que su-
gam spectabant: Marcianus aurem fidu-
cia in CRUCIFIXVM plenissimus, solo
digito forma CRUCIS expressa, monstrum

54 CHRISTVS CRVCFIXVS

*Signo Cru-
cis interit.*

spiritu afflatum, subito, non sequus ac stipulam igne correptam disiecit, ut crepans in multas partes rumpere-
tur.

*Donis So-
roris reij-
cie.*

Quo modo erga domesticos ac co-
gnatos se habere debeat Mundo CRV-
CFIXVS ostendit egregie Marcianus.
Venerat ad illum soror cum parvulo fi-
lio, apporatis alimentis ascetæ Sancto
opportunis: sed Marcianus sororem nec
ad aspectum quidem admisit; ne potu-
lum salutavit; ex allatis obsonijs nihil
attigit, Sed urgente sorore, ut recipe-
ret necessaria ad victum apportata:
Quomodo, inquit, ad nos profecti tot
cenobia quæ in itinere occurrebant,
indonata transistis; facessite ergo cum
vestris donis, propter sanguini propin-
quitatem oblatis non CHRISTI CRV-
CFIXI causa allatis.

*Ex Menais Græcor. 2. Nouem. Raderus
par. 3. Viridar. SS. fufius Theodoretus
lib. 3. & Eccles. hist. lib. 4.*